

NvK an die Dekane und Konventualen der Klöster Stablo und Malmedy. Er fordert sie auf, bis Weihnachten die pflichtschuldige Reform anzunehmen, zu der sie sich seit seiner Abreise noch nicht bereit gefunden haben.

Kop. (15. Jb.): LÜTTICH, Arch. de l'État, Stavelot I 552 (alt: StA DÜSSELDORF B 204 a, sodann: Rep. u. Hs. 48 = Koch, Briefwechsel 66: D₃) f. 7^r; zur Hs. s.o. Nr. 1897 (= A). – I 360 (alt: StA DÜSSELDORF B 54 b, sodann: Rep. u. Hs. 63 = Koch, Briefwechsel 66: D₄) f. 27^r; zur Hs. (Abschriften zumeist des 14., aber auch des 15. und 16. Jbs.) s. J. Halkin, in: Bull. Commission Royale Hist. 5^e sér. 7 (1897) 255; Hansotte, Inventaire 28 (= B).

Druck: Koch, Briefwechsel 66f. Nr. 16.

Erw.: Halkin-Roland, Recueil II 438 Nr. 668; Koch, Briefwechsel 18; Koch, Umwelt 56f., 138 und 173.

Venerabilibus et religiosis viris decanis et conventualibus Stabulensis et Malmundarii monasteriorum, amicis nostris in Christo sincere dilectis.

Venerabiles ac religiosi viri. Pridem nobis transitum per Malmundarium facientibus¹⁾ propter recessus nostri festinantiam debite reformationi vestrorum monasteriorum desideratas operas nequivimus impendere. Commisimus tamen vobis decanis, ut nostri parte ceteros conventuales ad veram regule sancti Benedicti observantiam induceretis. Et quamvis tunc bona super hiis spes nobis addicta fuerit, intelleximus tamen a nonnullis veridicis post nostrum a dicto loco recessum in facto reformationis huiusmodi parum aut nichil apud vos factum esse. Et cum nos ex iniuncto nobis officio reformationi omni studio invigilare tenemur, hec oculis conniventibus pertransire nequimus sicque contra vos, prout debitores sumus, uti in nonnullis aliis locis fecimus, procedere preconcepimus. Sed per venerabiles dominos Iasparem decanum Malmundariensem et Sebastianum de Viseto decanum Visetensem suppliciter rogati adhuc vobiscum mitius agentes, vos vice iterata caritative exhortantes in domino Iesu requiremus et monemus, ut infra hinc et festum Nativitatis Christi proximum debitam reformationem assumatis. Quod si factum non fuerit, ex tunc ad privilegiorum vestrorum et unionum²⁾ vestris monasteriis factarum privationem et revocationem apostolica auctoritate, uti tenemur, certissime procedemus. Agite igitur, quesumus, prout deo obnoxii estis, ne ad hec agenda necessitemur. Et vos dominus custodiat, qui et spiritum veritatis et intelligentie vobis concedere dignetur.

Ex Treueri quarta novembris.

N. cardinalis sancti Petri ad vincula apostolice sedis per Alamaniam legatus.

1–2 zwischen Z. 21 und 22 A Stabulensis et Malmundarii: in (nachträglich wegradiert B) Stabul(is) et Malmondario A 3 Malmundarium: Malmondarium A 6 regule: regulam AB 13 Visetensem: Visitensem A rogati: recogitati A 15 proximum: proximi 22 Alamaniam: Alamanniam B.

¹⁾ *NvK war vom 19./20. bis zum 21. Oktober in Malmedy; s.o. unter diesen Daten.*

²⁾ *Nämlich anderer kirchlicher Benefizien mit dem Doppelkloster. Dazu instruktiv Koch, Umwelt 173 "Zu S. 56 Anm. 2".*

Theodericus Schaper (usw. wie Nr. 1835a) appelliert (usw.) nach Zurückweisung seiner letzten Appellation erneut an Nikolaus V., NvK und B. Johann von Verden.